Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



ihs ianuis clausis & stetit in medio & dixit. Pax uob.
Deinde dicit thome. Infer digitum tuum huc & uide ma
nus meas. Y affer manum tuam & mitte in latus meum.
& noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas et dixit
ei. Dns mus et ds mus. Qia uidisti me thoma credidisti.
beati qui non uiderunt & crediderunt. Multa quidem & a
lia signa fecit ihs in cspectu discipulorum suorum. que
non sunt scripta in libro hoc. hec autem scripta sunt ut credatis
quia ihs est xps filius dei uiui. & ut credentes uitam habeatis
in nomine ipsius. Dnica ii. post pascha

Quia xps passus est pro nobis. uobis relinquens exemplum
ut sequamini uestigia eius. Qui peccatum non fecit. nec in
uentus est dolus in ore eius. Qui cum maledicere
tur. non maledicebat. cum patiretur non comminabatur. tradebat autem iudican
ti se iniuste. quia peccata nostra ipse portauit in corpore suo super
lignum. ut peccatis mortui iustitiae uiuamus. cui liuore sa
nati estis. Eratis enim sicut oues errantes. sed conuersi estis nunc
ad pastorem & episcopum animarum uestrarum. S iohanneo

In illo tempore. Dixit ihs phrisaeis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor
animam suam dat pro ouibus. Mercenarius autem & qui non est pastor
cui non sunt oues proprie. uidet lupum uenientem. & dimittit
oues & fugit. Et lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius
autem fugit. quia mercenarius est. quia non pertinet ad eum de
ouibus. Ego sum pastor bonus. & cognosco meas. & cognos
cunt me mee. Sicut nouit me pater. ego agnosco patrem.
Y animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo
quae non sunt de hoc ouili. & illas oportet me adducere. & uo
cem meam audient. Et fiet unum ouile & unus pastor

229